

Tempore

limitate nra consumpti sumus. Secundo rationem debemus red-
 dere de his que infra nos sunt viz de terra et aqua et de omni com-
 modo et utilitate qua habemus ab eis. Terra siquidem habemus
 aurum et argentum et ferrum stannum et plumbum et cetera hu-
 iusmodi metalla. Terra etiam habemus lapides preciosas. Her-
 bas medicinales. Flores et segetes. Gramina et pascua et multa alia.
 Ab aqua habemus lauacrum corporum et vestimentorum nostro-
 rum. et pisces ac natalia multi generis ad alimentum et plura alia
 commoda. Tertio rationem reddemus ab his que supra nos sunt.
 viz de sole luna aere et stellis et de ipsa patientia dei. Ab aere si-
 quidem habemus rorem et pluias que ad irrigationem fructuum
 terre diffunduntur ex nubibus que per aera deferuntur. Ab aere
 etiam volatilia diuersi generis quorum et elu confortamur et con-
 tentu suauis delectamur. Aerem ipsum ministerio pulmonis qui
 est ventilabrum cordis intra nos attrahimus ne nimio calore cor
 consumatur et dissoluatur. Sol etiam diem distinguit et illuminat
 et fructus terre fouet et maturat. Luna quoque et stelle noctem clarifi-
 cant et dirigunt viatores. Rationem etiam reddemus de ipsa dei
 patientia per quam usque ad canos et senectam graues excessus su-
 stinet peccatorum. Unde ipse dicit in Psal. 46. Usque ad senectam
 ego ipse et usque ad canos. ego feru. et ego fera. Quarto
 rationem reddemus de his circum circa nos sunt viz de omnibus
 bonis temporalibus quacumque sint illa scilicet de domibus de vesti-
 bus de cibis et pecuniis. Obicit enim nobis dominus quare eum
 in domos nostras non recepimus quando hospes fuit et peregrin-
 nus. Item quare eum vestibus nostris non cooperuimus quando
 nudus fuit et frigus sustinuit. Item quare eum cibis nostris non re-
 fedimus quando famem patiebatur. Item quare eum pecuniis no-
 stris non redemimus quando in vinculis et carcere tenebatur. De
 tempore etiam rationem reddemus. Unde dicitur in Treñ. 1. Vo-
 cauit aduersum me tempus. Hinc etiam dicit Hieronimus. Dili-
 gnum aridum eternis incendiis aptum quid respondebis in die
 illa quando omne tempus tibi impensum requiretur a te qualiter
 sit expensum usque ad momentum et oculi ictum. Modo forsitan
 aliquis intra seipsum dicere potest Ego coram deo rationem vite mee
 non reddam. quia vel procul effugiam vel alicubi ubi non vide-
 bor me abscondam. Cur sic respondebo. Frater effugere non pote-
 ris. Deus enim qui te iudicabit ut dicitur in Job. vnde dicitur. Celo
 est altior et inferno profundior et terra longior ac mari latior. Nun-
 quam etiam poteris latitare. sicut enim dicitur in Job. vicissimo.